Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda Aurea - Cod. Aug. perg. 256

Jacobus <de Voragine>

[S.l.], [14. Jahrh.]

De sancto Basilio

urn:nbn:de:bsz:31-66161

Visual Library

forti tenebat et se uiriliter defende-
bat. Cumque longa fieret altercatio et
hinc inde cum uiolentia traheret, cereus
ante fractus est et medietas in manu
nuntii et alia medietas in manu ipsi-
us domine remansit. Ad hanc igitur uehemen-
tiorem fractionem illa subito ad se redi-
it et se iuxta altare ubi se posuerat in-
ueniens cereum fractum in manu sua re-
perit. De quo ualde admirans ingentes
gratias beatissime uirgini reddidit que
sine missa illa remanere non permisit
sed officio interesse fecit. Illa autem diligenter
cereum reposuit et pro maximis reliquiis reser-
uauit. Sed et omnes qui tangunt de eo a
quocumque detineantur infirmitate protinus
liberantur. Relicta alia matrona dum
esset grauida quadam nocte in sompnis
uidit ante se portare quoddam uex-
illum quod colore sanguineo erat tinctum.
Euigilans autem sensum amisit quod dyabolus adeo
ludificabat ut uideretur sibi quod exinaniretur
fide quam hactenus habuerat inter manibus
hec et inde continuo exiret. Que
cum nullatenus curari posset in quadam
ecclesia beatissime uirginis purificationis
pernoctauit et integram sanitatem recepit.

Blasius dicitur quasi blandus. [illegible]
Uel blasius dicitur quasi belasius ab bela
quod est habitus et syor paruulus. Blandus
per dulcedinem sermonum, habitus per habi-
tum uirtutum, paruulus per humilitatem morum.

Blasius cum omni mansuetudine
et sanctitate polleret, De sancto Blasio
christiani eum in Sebaste ciuitate Ca-
padocie in episcopum elegerunt. Qui episcopatu sus-
cepto ob dyocletiani persecutionem
speluncam petiit et ibi heremiticam
uitam duxit. Cui aues pabulum afferebant
ac fere ad eum unanimiter confluebant

et usque dum imponeret manum eis be-
dictionem non recedebant ab eo. Denique
si que infirmabantur ad eum continuo
ueniebant et sanitatem adepti ad integrum
reportabant. Preses igitur regionis il-
lius dum milites suos ad uenandum
misisset et illi in uanum alibi labora-
rent casu ad antrum sancti blasii uenerunt
et uiderunt magnam ibidem multitudinem besti-
arum cum ipsum stantem reperierunt. Quarum
dum nullatenus capere possent attoni-
ti domino suo nuntiauerunt. Qui statim plu-
res milites misit et ut ipsum cum omnibus
christianis ad se adducerent fecit. In ipsa
autem nocte christus ter apparuit dicens: Sur-
ge et offer michi sacrificium. Ecce autem
milites aduenerunt dicentes: Egredere
uocat te preses. Quibus respondit sanctus
blasius: Bene uenistis filii mei. Nunc uideo
quod deus non est oblitus mei. Pergens uero
cum eis numquam a predicatione cessauit
et coram eis multa miracula fecit.
Tunc mulier quedam filium suum mo-
rientem cuius in gutture os piscis trans-
uersum erat ad pedes eius attulit ut
sanaret cum lacrimis postulauit.
Sanctus uero blasius super eum manum im-
posuit orauit ut puer ille et omnes
qui in eius nomine aliquid peterent sani-
tatis beneficium obtinerent et sta-
tim sanatus est. Mulier quedam
paupercula unicum solummodo porcum
habens quem lupus rapuerat
sanctum blasium deprecabatur ut sibi
reddi faceret porcum suum. Qui sub-
ridens dixit: Mulier noli contris-
tari. Reddetur tibi porcus tuus.
Continuo lupus uenit et porcum
uidue reddidit. Ingrediens ergo
ciuitatem iussu principis carceri

mancipavit. Alia vero die jussit praeses ipsum sibi praesentari. Quem videns blandis sermonibus salutavit dicens: Gaude Blasi amice deorum. Cui Blasius: Gaude et tu optime praeses, sed ne dicas eos deos, sed daemones quia aeterno igni cum his qui eos honorant tradentur. Iratus praeses eum fustibus caedi jussit et in carcerem retrudi fecit. Cui Blasius: Insensate, speras per poenas tuas de mea anima auferre amorem dei mei qui ipsum mecum habeo corroborantem. Audiens hoc vidua illa quae porcum receperat porcum illum occidit et caput cum pedibus candelam et panem ad sanctum Blasium reportavit. Ille gratias agens comedit sibique dixit: Singulis annis candelam in ecclesia in honorem nominis mei offeras et tibi et cuicumque hoc fecerit bene erit. Quod semper egit et sibi prosperitas multa fuit. Post haec cum conatu acerrimo praeses ad deos inclinare non posset, jussit eum in ligno suspendi et carnes eius ferreis pectinibus laniari et sic iterum in carcerem reportari. Septem autem mulieres sequentes guttas sanguinis collegerunt. Quae mox tenentur et ad deorum sacrificia compelluntur. Quae dixerunt: Si vis ut deos tuos adoremus cum reverentia mitte eos ad stagnum ut ibi faciebus ablutis mundius adorare possimus. Laetus praeses efficitur et citius quod dixerant adimplevit. Illae vero deos arripuerunt et eos in stagnum proiecerunt dicentes: Si dii sunt videbimus. Quod praeses audiens prae ira insaniens et se ipsum percutiens dixit ministris: Cur non retinuistis deos nostros ut non mitterentur in profundum laci? Qui dixerunt: Dolose locutae sunt tecum mulieres et eos in stagnum proiecerunt. Cui mulieres: Deus verus dolos non pateretur, sed et si dii fuissent utique praescivissent quid eis facere volebamus. Et iratus praeses jussit plumbum liquefactum et pectines ferreos et septem loricas igne candentes ex una parte parari et ex alia parte septem camisias lineas afferri. Quibus dicitur ut ex his quod mallent eligerent. Una illarum duos parvulos habens audacter accurrit et lineas camisias arripiens in caminum proiecit. Parvuli vero matri dixerunt: Noli nos mater dulcissima post te relinquere, sed sicut nos replesti dulcedine lactis sic nos reple dulcedine regni caelestis. Tunc praeses jussit eas suspendi et carnes earum pectinibus ferreis laniari. Quarum carnes ut nix albissimae erant et pro sanguine lac fluebat. Cum autem supplicia intolerabilia ferrent, angelus domini ad eas venit et eas viriliter confortavit dicens: Nolite timere. Bonus enim operarius qui bene incipit et bene perficit et a conductore benedictionem meretur, pro completo opere mercedem accipit, pro labore et gaudium possidet pro mercede. Tunc praeses jussit eas deponi et in caminum mitti. Quae divinitus igne extincto exierunt illaesae. Quibus praeses: Iam nunc magicam artem dimittite et deos nostros adorate. Quae responderunt: Perfice quod coepisti quia iam ad regnum caeleste vocatae sumus. Tunc ille data sententia eas decollari mandavit. Quae dum decollari deberent flexis genibus adorantes dixerunt: Deus qui nos a tenebris separasti et in hanc lucem dulcissimam adduxisti, qui nos sacrificium tuum fecisti, animas nostras suscipe et ad vitam aeternam facias pervenire. Et sic truncatis capitibus ad dominum migraverunt. ¶ Post hoc jussit praeses sanctum Blasium

non presentari et dixit ei. Vel nunc adoras
deos vel non. Cui Blasius: Impie, non timeo
minas tuas. Age ut vis, corpus meum
penitus tibi trado. Tunc iussit
eum mitti in stagnum. Ipse vero aquam signa
vit et mox sicut arida sicca perman
sit. Si ergo dii vestri veri, ostendite
virtutem eorum et ingredimini huc. In
gressi quoque lxv viri stagnum continuo
submersi sunt. Angelus autem domini descen
dens dixit ei: Egredere Blasi et coronam
a deo paratam suscipe. Cumque exisset,
dixit ad eum preses: Omnino decrevisti non
adorare deos? Cui Blasius: Cogno
sce miser quia servus sum Christi et demones non
adoro. Et statim iussit eum decollari.
Ipse autem oravit ad dominum ut quicumque
pro infirmitate gutturis vel alia quacumque
infirmitate eius patrocinia postula
ret exaudiri continuo mereretur. Et ec
ce vox de celis ad eum venit quod sic
fieret ut oravit. Sicque cum duobus
pueris decollatus est circa annos
domini cc. lxxxvij. De sancta Agatha

Agatha dicitur ab agyos quod est sanctum et
theos quod est deus, quasi sancta dei.
Tria autem sunt sicut dicit Crisostomus que
sanctum faciunt, que perfecte fuerunt in ea,
scilicet cordis mundicia, spiritus sancti presencia
et bonorum operum affluencia. Vel dicitur
ab a quod est sine et geos quod est terra et
theos quod est deus, quasi dea sine terra, id est
sine amore terrenorum. Vel ab aga quod
est loquens et thau quod est consummatio, quasi
consummate et perfecte loquens, quod patet in suis
responsis. Vel ab agath quod est servitus
et thaas quod est superior, quasi servitus su
perior, et hoc patet per hoc quod dixit: Summa ingenui
tas ista est etc. Vel ab aga quod est sol
lempnis et thau quod est consummatio, quasi sol
lempniter consummata, id est sepulta, quod patet in
angelis qui eam sepelierunt.

Agatha virgo ingenua mente Lectio prima
et corpore pulcherrima in
urbe Cathanensium deum semper in omni sanctitate
colebat. Quintianus autem consularis Sicilie
cum esset ignobilis, libidinosus et avarus
et ydolis deditus, beatam Agatham comprehen
dere nitebatur ut quia erat ignobilis
comprehendendo nobilem timeretur; quia
libidinosus eius pulchritudine frue
retur; quia avarus eius divitias raperet;
quia ydolatra diis eam faceret immolare.
Fecitque eam ad se adduci. Que cum
adducta esset et eius immobile propositum
cognovisset, tradidit eam cuidam
meretrici nomine Affrodisie et novem fi
liabus eiusdem turpitudinis, ut per xxx
dies suadentes ei quomodo eius animum
immutarent, et nunc promittendo leta, nunc
terrendo aspera sperabant eam a bono propo
sito revocare. Quibus beata Agatha
dixit: Mens mea super petram solidata
est et in Christo fundata. Verba vestra venti
sunt, promissiones vestre pluvie, terrores
vestri flumina sunt, que quantumvis impugnent
ista fundamenta domus mee cadere non
valebunt. Hec autem dicens flebat cot
tidie et orabat sitiens ad martyrii gloriam
pervenire. Videns ergo Affrodisia ip
sam immobilem permanere dixit Quintiano:
Facilius possunt saxa molliri et ferrum
in plumbi mollitiem converti quam ab inten
tione christiana mens istius puelle revo
cari. Tunc Quintianus fecit eam ad se addu
ci et ait: Cuius conditionis es? Cui illa:
Non solum ingenua sed et spectabilis generis
ut omnis parentela mea testatur. Cui Quintianus: Si in
genua es, cur moribus servilem perso